



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi; Et In Conimbricensi Academia
Sacrarvm Litterarvm Olim Primarii Professoris Emeriti De
Divina Gratia Pars ...**

Continens Prolegomena sex, & duos priores libros De Necessitate Divinæ
Gratiæ Ad Honesta Opera

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1620

Card. Bvrghesivs Ad Patrem Fransciscvm Soarivm Svæ Sanctitatis nomine.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94086](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94086)

CARD. BURGHESIVS AD PATREM FRANCISCVM SOARIVM SVÆ SANCTITATIS nomine.



Admodum Reuerende Pater. Accepitis binis eiusdem argumenti vestre Paternitatis literis, iussit me ei Sanctissimus Dominus nomine suo respondere; præstantiam ingenij vestre Paternitatis, & obsequium in Sedem Apostolicam plurimi se fecisse, eam paternâ charitate, & amasse semper, & in posterum amaturum; cum ob præcipuam in Rempublicam Christianam merita sua; tum quod honestissime de suis virtutibus sentit. Quod ad impressionem libri de GRATIA pertinet, nulla propter doctrinam orta est difficultas; existimat enim sua Sanctitas eam non d. crepaturam ab eruditione, & doctrina tot librorum iam dudum in lucem à se editorum, qui omnium acclamatione excepti egregie sustinent nomen, & famam, quam ad præstunt; sed omnis emanavit difficultas ob qualitatem, quæ inibi disputatur, materiæ, de qua ne alij etiam agerent, qui de ea scripserant, efficaciterque pro facultate imprimendi insisterant, gravissimis de causis pro nunc non modo cautum, sed strictum vetitum fuit. Si ulli tamen unquam potestas fiet hac de re libros promulgandi; in hoc etiam ostendet S. Sanctitas, quanti vestram Paternitatem, eiusque virtutem æstimet: volit enim tunc, ut liber vestre Paternitatis inter primos in lucem prodeat. Ergo cum huiusmodi occasio dabitur, non patiar, studia mea à vestra posse Paternitate desiderari, cui diuine Gratiæ incrementum à Deo precor, & sue sanctitatis nomine benedictionem imparior. Roma 26. Aprilis 1617. Vestre Paternitatis studiosus, S. Cardinalis Burghesius.

¶ Approuações, & Licenças.

Prolegomena (ex nominatissimi Doctores Francisci Soarij præfixa reliquo operi de Gratia, perlegi accurate, censeoq; dignissima quæ euulgentur, cum doctrinam contineant & scholis perutilem, & fidei Catholicæ admodum consentaneam. Olysi ppone. Calend. Martij. Ann. 618.

Balthasar Aluarez.

Supreme Inquisitionis mandato Librum primum, & secundum de necessitate gratiæ ad opera naturalis ordinis, tum etiam supernaturalis, quos Theologus præstantissimus, ac semper venerandus Pater Franciscus Soarez de sacra Societatis Iesu Religione composuit, euolui quam potui accurate. Authoris nomen operis perfectionem abunde commendat, & sacra Scriptura, & Sancti Patribus, ac adeo orthodoxæ fidei, probatisque moribus consonum esse confirmat. Quare dignissimum iudico quod imprimatur. In Conuentu Sancti Francisci de Enxobregas 20. Martij. Anni 1618.

Fr. Ludouicus ab Angelis.

Eodem Sanctæ Inquisitionis mandato libros eosdem de necessitate gratiæ diligenter expendi. Censeoque proinde excudi posse, & debere in communem Theologorum vtilitatem, In Conuentu D. Francisci de Enxobregas 20. Martij Anni 1618.

Fr. Franciscus Guerreiro.

¶ Licença da Mesa Gêral do S. Officio.

VISTAS as Informaçõs podem se imprimir os seis Prolegomenos com os dous primeyros Liuros de Gratia compostos pello Padre Doutor Francisco Soarez da Companhia de Iesu. E depois de impressos tornem perase conferirem com o original, & se dar licença pera correrem. Em Lisboa aos 30. dias de Abril de 618.

Antonio Diaz Cardoso. Gaspar Pereira. Dom Francisco de Bragança.

Licen-

Licença do Ordinario.

COncedemos licença pera se imprimir a primeira parte das tres, que tem composto o Padre Mestre Francisco Soarez da Companhia de IESV sobre a materia de Gratia, 19. de julho 618.

A Bispo Conde, & Primas eleito.

Licença do Paço.

DA M licença pera se imprimir a primeira parte de Gratia do Padre Doutor Francisco Soarez da Companhia de IESV, que contém seis Prolegomenos, & os dous primeiros liros da mais materia, visto que a tem do Santo Officio, & do Ordinario. Lisboa. 2. de Agosto. 618.

Moniz.

Machado.

Facultas Provincialis Societatis IESV pro Lusitania.

FRanciscus Pereira Provincialis Societatis IESV in Lusitania, potestate mihi facta à R. admodum Patre nostro Generali Mutio Vitellescho, facultatem concedo, vt operis de diuina Gratia pars prima à P. Doctore Francisco Soarez eiusdem Societatis composita, & à tribus huius Prouinciæ Patribus grauibus, & doctis viris recogniti, & approbati typis mandari possit. Braccharæ 12. Ianuar. 618.

Facultas Provincialis Societatis IESV Prouinciæ Rhenana.

CVm ex mandato Sacræ Cæsareæ maiestatis, omnibus & singulis Typographis, Bibliopolis, ac alijs quamcumq; librariam negotiationem exercentibus, serio firmiterq; inhi-beatur, ne quisquam libros ullos à Societatis nostræ Patribus hætenus editos, aut in pos-terum edendos intra Sacri imperij regnorum & dominiorum Sux Cæs. Maiest. hæredita-rorum fines, simili alioue charactere aut forma, siue in toto, siue in parte recudere, vel alio recudendos mittere, aut alibi etiam impressos adducere, vendere & distrahere, clam seu pa-lam citra supradictorum Patrum consensum ac testimonium audeat, vel præsumat. Ego Io-annes Copperus Societatis IESV per Rheni Prouinciæ Provincialis, concedo Herman-no Mylio Facultatem excudendi Francisci Suarez operis de diuina gratia partem primam. In quorum fidem hoc ei testimonium manu nostra subscriptum & sigillo munitum dare vo-luimus. Spiræ. 11X. Augusti M. DC. XX.

IOANNES COPPERVS.



TYPOGRAPHVS LECTORI.

IN Ocloco Connimbricensis editio habebat vitam R. P. Francisci Suarez, 25. Septem-bris die, anno 1617. ætatis fere 70. Olysi pone mortui. Quam quia adm. reu. P. Ge-neralis Mutius Vitellescus reuideri curat, & in ea aliqua accuratius explicari: illa tantisper omissa eius loco cathalogum operum P. Suarez tam editorum hæte-nus, quam in editorum tibi, Lector, damus.

*LIBRI EDITI IAM IN LUCEM,
EDENDI QVE PROPEDIEM.*

Qui primæ parti D. Thomæ respondent.

1 De Deo Trino, & Vno, Prædestinat. &c.

Tomus I.

2 De Angelis.

Tomus II. edendus.

3 De Opere sex dierum: de Anima: de Creatione primi hominis: sta-tui innocentia, & casu illius.

Tomus III. edendus.

X 4

Qui